

IN VITEM, Cap. II.

PHILIPPI.

Quis te rupes deserta, sole cærens produxit?

An Borealis Scythia, agrestem racemum,

An Celtarum nivibus conspersæ semper frigidæ Alpes,

Atq; ferrum gignens ager Iberia?

Quæ acerbos acinos produxeris immaturas

Vvas, quæ ingratam profuderunt guttam.

Desidero, Lycurge, tuas manus, ut radicibus

Sarmenti immaturi germen totum demetas.

INCERTI.

Quisnam temerè vinum gignentem uvam crudam Bac-

Vir viteo palmite abscidit, (cbi)

Et labra strictus humo projicit, ut viatoribus

Sit prætereuntibus semesum putamen.

Sit illi Dionysius inimicus, quemadmodum Lycurgo

Quod ipsi crescentem extinxerit latitiam.

Hujus enim plerunq; aliquis per potum, aut ad cantum

Venit, aut flebilis curæ liberationem habet.

IN DONARIA, Cap. III.

LEONIDÆ.

Non mea hæc sunt spolia. quis parietibus suspendit

Martis hoc ingratum munus?

Infractæ enim galeæ, sine sanguine etiam splendentia

Serta, & infracta vibranda hastarum ligna.

A 4

Pudore